velociter currit. Prouer. xxv. Vi
disti hominē velocem in opere suo
corā regib⁹ stabit. Tertio qꝛ mo
uentur eternaliter. s. a deo. In deo
enim omnia recognoscunt ⁊ p g̃
tiarꝫ actionem ad ipsū cuncta ꝛ̃fū
dunt. Eccle. p̃. Ad locum vnde exi
uerunt flumina reuertūtur vt ite
rū fluant. In istos igitur tales cir
culos christ⁹ reuertitur. gratiam
sācti spūs largitur. Job. xiiij. Ad
eum veniem⁹ ⁊ mansionē apud
eum faciem⁹. Venit pater nr̄am ᵃ
ᵇ enim fili⁹ nostraꝫ ignorantiā illu
ᵃ impotentiam roborando. Venit ᵇ
= strando. Venit spiritussanct⁹ no
strā tepiditatem ⁊ negligentiā in
flāmando.

Sequitur sermo secund⁹ eiusdē

Joan: 16: Expedit vt ego vadaꝫ. Si
enim nō abiero: paracli
tus nō veniet ad vos ⁊c̃.
Scd̄m Crisosto. sup Matheū tria
sunt que impediūt hominē ne spi
ritualia cape possit. s. amor carna
lis. duricia cordis ⁊ pturbacō mē
tis. Ista tria erant in apostolis.
Erat amor carnalis qꝛ nimis chri
stum diligebāt. Et ideo ad sump
tionē sācti spūs min⁹ ydonei erāt
Vn̄ sup verbū premissum dic̄ Au
g⁹. Si carni adheseritis: capaces
spiritus nō eritis. Secūdo duritia
Marci 16: cordis. Math. vlti. Exprobrauit
incredulitatē eoꝝ ⁊ duritiā cordis
Terciō pturbacō mentis. de eo. s.

qꝛ christ⁹ eos reliq̄rat. Aug⁹. Cō
tristat̄ human⁹ affect⁹: qꝛ carna
lis desolabat̄ aspect⁹. Ista tria im
pediebāt in apostol' ne intellige
rent spiritualia: q̃re expediebat
qꝛ xp̄us celū ascēderet. Jdō dic̄. Ex
pedit vob' Apostoli quidē de xp̄i re
cessu dolebāt ex eo qꝛ erat eoꝝ cō
solator. Iuxta illud Joh. ix. Non
turbet̄ cor vestrum: neqꝫ formidet.
Creditis in deū ⁊ in me credite. Eo
rum defensor ⁊ eoꝝ excusator. Iux̄
illud Math. ix. Nūquid possunt
filij sponsi lugere q̄diu cum illis
est sponsus. ⁊c. Et eorum instructor
Joh. xv. Omnia quecūqꝫ audiui
a patre meo: nota feci vobis. Sed
christ⁹ eos in preseti euāgelio cō
solatur pmittens qꝛ mitteret eis
spiritumsanctū in ꝯsolatorem. de
fensorem ⁊ eruditorē. Cōsolator
est contra omnē tristiciā cum dic̄
Si nō abiero: paraclitus idest cō
solator non veniet ad vos. Serui
enim dei de tribus habent tristici
am scilicet de aliqua culpa perpe
trata. Ps. Exitus aquarum dedu
xerunt oculi mei ⁊ cetera. De eo qꝛ
sunt in miseria. Vn̄ psalmi. Heu
mihi quia incolatus meus plon
gatus est. Et de eo qꝛ non sunt in
patria. Vnde dicitur in psalmo.
Fuerūt mihi lacrime mee panes
die ac nocte ⁊ cetera. Sed spiritus
sānctus eos contra primum con
solatur dando peccatorum remis
sionē. Bernard⁹ in omelijs. Con
solator spiritussanctus vocatur:

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0348
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG